



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XV. De Causæ cognitione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Hinc igitur Colonus, Depositarius, Commodatarius non potest rem ipsi traditam ullo titulo usucapere. *conf. Brunnem. ad L. 2. C. de præscr. 30. ann.*

Limita, ut procedat, nisi extrinsecus accesserit factum, ex quo possessio sit immutata.

CAP. XV.

De Causæ cognitione.

Axioma I.

Quicquid ex causa fieri debet, id causæ cognitione opus habet. *l. in causæ verb. cognita causa. ff. de minor. Wefenb. consil. 7. n. 7.* Siquidem causæ cognitio à jure naturæ procedit, ut ait Bald. *in l. judex. C. commin. & epist. cum Lex naturæ suadeat sine causa alterius jus tollendum non esse, l. 2. ff. de his qui sunt sui jur. c. sine culpa 24. de Reg. Jur. in 6.* quo pertinet quod Apostolus Paulus *1. Timoth. 5.* admonet iudices, ne aliquid faciant sine præjudicio, h. e. sine causæ cognitione & diligenti examinatione. Versatur enim cognitio in audiendo partes & considerando jura ipsorum, ut ait Socin. *jun. conf. 32. num. 26. vol. 1. Cephal. conf. 89. num. 3. vol. 1.* Eaque ita demum fiunt, si partes citantur, eorum jura audiuntur, ordo iudicii servatur, statuuntur termini, & hinc inde deducuntur exceptiones & replicationes; ut summam hac est complexus Menoch. *conf. 629. num. 11. vol. 7. & 1. arb. jud. 19.* Et in specie quod in causæ cognitione desideretur ante omnia citatio partium, tradit Gozard. *conf. 2. num. 15. & conf. 92. n. 3.* Hinc est ut iudex sine causæ cognitione procedens non censeatur iudex esse, sed privatus, ac proinde ei obediendum non sit, Felin. *in c. Ecclesia S. Maria col. 12. de conscrip. Hyppol. de Marfil. in sua præf. §. successive. num. 3.* dicens, quod iudex non observans juris ordinem vel debitam consuetudinem redigatur ad instar privati, nec juvetur ratione officii, cum in illud deliquerit contra naturam ipsius officii; quam ob causam casus dicitur insolitus & inopinatus, si ordine iudiciario non servato procedatur. Natta *conf. 45. num. 22. vol. 3.* quo accedit, quod voluit Bald. *in l. Ictus fustium 22. in fin. ff. de his qui not. insam.* Iudicem, qui extra ordinem procedit, dici procedere de facto. Unde Bald. *in c. 1. §. injuria seu furtum. & ibid. Afflict. num. 10. de pac. ten. 2. f. 52.* Quod cognoscere juris ordine non servato, sit jus alterius auferre. Ex quo decretum interpositum sine causæ cognitione, nullum esse concludunt Bart. & Salicet. *in l. 1. C. si adversi donat. vid. Vult. inter Consil. Marpurg. conf. 21. num. 121. vol. 3.*

II.

Causa cognita dicitur ubi princeps decretum interponit. *l. cum hi. §. vult igitur ff. de Transf. Dec. conf. 403.* quod procedit, si a principio, secus si ex postfacto. *ibid. n. 41.*

CAP. XVI.

De Causæ continentia.

Axioma I.

Causa ibi finienda, ubi agi est cepta, ubi acce-

ptum 30. ff. de judic. nec potest causa semel delata ad iudicem, qui partibus boni viri fungitur. Bart. *in l. societatem. §. arbitrorum. num. 4. ff. pro soc. per l. continuus 137. §. cum ita 2. de Verb. Obl. l. vir bonus 18. judic. solv. gloss. in cap. potuit, in verb. tutori. extr. de locat. ad arbitros revocari. l. Et si 16. §. fin. cum. ll. segg. de recept. arbitr. Wefenb. conf. 66. num. 17. p. 2.* quod procedit etiam si partes haberent diversos iudices, vel quoties ad diversas jurisdictiones pertinet. Specul. *tit. de act. seu petit. §. super petitionibus. num. 15. & de compet. judic. addit. §. 1. num. 35. fac. l. omnes §. C. arbitr. tut. l. cognitio §. si plures. ff. de liberal. caus. nedom in civilibus l. nulli 10. C. de judic. verum etiam in criminalibus, l. qui de crimine 9. C. de accusat. Farin. 1. conf. 85. num. 154. Myns. 1. obs. 97. Gail. 1. obs. 32. imò & in feudatibus, Bald. c. 1. num. 13. de contr. feud. ap. par. term. 2. f. 16. Wefenb. conf. 41. num. 46. Gilman. 4. vol. 28. num. 8. & 9.*

Ratione enim connexitatis & conjunctionis causæ ac dispendii incommunitatis & perplexitatis evitandæ ad eundem iudicem iri debet, adeo ut qui cognoscit de uno, possit & reliquum cognoscere, nec opponi possit regulariter exceptio incompetentiæ, Bald. *in l. cum Papinianus. C. de sentent. Felin. in cap. præterea vers. nota quod uno concessio, de offic. delig. dummodo iudex sit capax cognitionis incidentis quæstionis. cap. lator §. qui sit legitimi.* Hinc denegari debet ei audientia, qui causæ continentiam dividit, Costal. *ad l. 1. ff. de quibus reb. ad eund. jud. & iudicis arbitrio puniendum reliquit, Menoch. 2. arb. quæst. 371.*

Hoc tamen limita, si tempore divisionis nihil fuit oppositum. Felin. *cap. ult. n. 8. de judic. Menoch. d. cas. num. 20. 2.* quando actor & reus essent diversi fori, Cravett. *conf. 258. num. 7. Franc. de March. quæst. 77. num. 4. p. 1. 2.* quando reus conventus esset contumax, Jason. *in d. l. nulli. n. 6. vers. 3. 4.* quando iudex non haberet jurisdictionem super totâ lite, tunc ex necessitate oportet dividere, & alterum adire, Menoch. *d. cas. num. 23. 5.* si iuramentum intervenisset in promissione, tunc uterque tam Ecclesiasticus & Laicus adiri poterit, Jason. *d. num. 6. 6.* si procederetur in Executivis, Menoch. *d. cas. 371. num. 25.*

II.

CAUSÆ continentia dividi non debet, *l. nulli 10. C. de judic. cap. fin. de rescript. Bart. in l. eum quem temere 79. in fine principii. ff. de iudiciis. & in l. à Drvo Pio 15. §. 1. num. 2. ff. de re judic. Boër. decif. 69. num. 24. & 25. Lap. alleg. 79. In Dei nomine. num. 7. Menoch. de arbitr. casu 371. num. 2. cum seq. & conf. 130. n. 1. Alex. conf. 65. In causa. num. 11. lib. 7. Cardin. Tusch. d. tom. 1. lit. C. conclus. 159. & tom. 2. conclus. 976. ubi limitat in causis dividuis, Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 3. c. 3. num. 13. Alex. Trentacinq. var. resolut. lib. 4. tit. de judic. resolut. 3. à num. 1. Bernard. Gravæ. ad præf. Camera*